



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 488. Felicis Pap. Annus 6. Zenonis Imp. 15. Odoacr.
Reg. 13.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

V. DECRETIS DE PONTIFICIBUS.

Statuit enim, ut Episcopi, presbyteri, atque diaconi miserè lapsi, etiam si coacti penitus ad id fuissent impulsì, ad obitum usque ad omni Fidelium exclusi cœtu, atque etiam à catechumenis segregati orantes, ad sedem vitæ laicæ tantummodò communicatione impartirentur; Reliqui autem inferiores ordinis clerici, vel monachi, aut laici, si spontè in facinus prolapsi essent, iidem triennio inter Audientes perseverare deberent; septem autem annis inter penitentes sub manibus sacerdotum collocarentur, peregrinæ tantùm communicationis participes facti, dum cum secularibus permitterentur orare, non dum verò eisdem communicationis viatico impertito, nisi interea aliquem ex eis mori contingeret, pueros in super atque puellas, siue clericos, siue laicos, quos atas excusat, non tamen sine penitentia ad Ecclesiam admittendos, sed interpenitentes sub manibus impositione retineri debere, ut tandè communicationis participes esse possent. Additum insuper his, ut eiusmodi lapsi nullus unquam aditus patere deberet ad clericatum, inter alios Catholicos tantummodò ad exitum usque vitæ connumerandis, nec inter eos ab aliquo recipiendis, nisi litteris reconciliationis ab Episcopis scriptis ostensis.

VI. DE MANE ECCLESIAE AVCTORITAS IN CTA MORTALITATE.

Hic igitur ab ipso Felice Romano Pontifice constitutis, ad calcem epistolæ Apostolicæ auctoritatè conscriptæ, Apostolicè itidem eandem noluit caruisse modestià, cum illè subiunxit: *Hic itaque rite dispositis, & ad Ecclesiarum vestrarum notitiam nostrâ deliberatione perlatis, parere vos convenit. Quibus licet ad animarum reparationem nihil deesse videatur: tamen si cui novè aliquid, quod præterire non potuit, fuerit revelatum; secundùm B. apostolum Paulum, ratiōne priorè, fideliter insinuet: quia Spiritus S. ubi vult spirat, maxime cum sua causa tractatur: nec nos pigebit audire, si qua sunt ommissa, non arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare his Felix verbis clausit epistolam: quæ quidem cum non sub anni huius Consulatu, sed sequentis Idibus Martij data legatur, quæ hoc anno, dicta superius diè, in Synodo lecta est; accidisse potuit, ut tunc minime mihi valuerit, sed cum diu Romæ prædata esset, excerpta iterum, diè apposta illa fuerit, qua in Africam mitteretur.*

VII. THEODORICUS IN FESTIS ZENONI.

Eodem anno Constantinopolitana civitas defectione Theodorici Gothorum Regis in discrimen adducitur: de quo ista sub anni huius Consulatu habet Marcellinus in Chronico: *Theodoricus Rex Gothorum Zenonis Augusti beneficij satius, cum magna suorum manu usque ad regiam civitatem & Melentiadium oppidum ingressus accessit; plurimisque locis igne crematis, ad Novensem usque civitatem, vnde advenerat, remansit. hæc ipse, quæ quidem incomperata fuisse videntur ijs, qui dixerunt Theodoricum veneratum semper esse Zenonem ut patrem, & concessisse eidem Italiam ab Erulijs vindicandam: nam tentasse constat primùm infidelem & ingratum barbarum Orientale sibi Imperium, si licuisset, arripere; sed spe tantâ frustratum, anno sequenti (ut suo loco dicitur) inuasisse Italiam postquam ab Erulis, quos hoc anno Rugos populos infestor Italiz debellasse, Cassiodorus affirmat in Chronico. Sic planè vides barbaros beneficijs Romanorum sæpè demeritis, semper proditores effector. Sed quæ fides sincera inveniri in hominibus possit, qui infideles Deo hereticæ essent imbuti perfidia? Ex his omnibus per Marcellinum sincerissimè patefactis, totam illam Iordanii orationem Theodorici ad Zenonem de inuadenda Italia, & Zenoni ipsi tradenda, ut effectum commentum ad contegendam barbari Regis ingratitudinem, explodendam esse facile sentias, simulque corrigendos alios ipsum secutos. siue igitur illam accepit Iordanus (ut de alijs proficitur) à Cassiodoro erga Regem illic propensissimo, siue in gratiam gentis suæ ipse confinxit; satis it ostendisse esse commentum, sed quæ sunt ista, ab eodem auctore accipe:*

VIII. QUA TRANSALPINA GYNTIVR IN

Inter hæc ergo Theodoricus Zenonis Imperio sociatus, dum ipse in vrbe bonis omnibus frueretur, gentem suam in Ilyrico (ut diximus) residentem non omnino idoneam aut resertam audiret, elegit potius solito more gentis suæ labore querere victum, quam ipse otiose sui regni Ragnani bonis, & gentem suam medio-

critur vidit arcem suam, delibans ad Principem ait: *Quamvis nihil deest nobis Imperio vestro simulanti bus tantum? si dignum ei (ut solebat) familiariter scilicet se fuisse loquendi concessa: Hispania (inquit) plaga, quæ dudum decessorum prædecessorum vestrorum regimine gubernata est, & vrbis illa caput Orbis & domus, quare nunc sub Regis Tracilingorum & Rugorum tyrannide sustinetur? Dirige cum gente mea si precipis vbi hic expensarum pondere careat; Sibi si adiutus à Domino vicero, fama vestra pietate irradiat. Expedite namque, ut ego, qui sum seruum vestrum & filium, si vicero, vobis donantibus, regnum illud possideam; haud ille, quem non nostis, tyranni iugo Senatum vestrum, partimque, Republica captivitate servitio premit. Ego verò si vicero, vestro dono, vestroq; munere possidebo. Si vultis suero, vestra pietas nihil amittit, immo (ut diximus) lucratur expensas. Quos audito, quamvis agere ferret Imperator discessum eius, nolens tamen eum contristare annis: quæ poscebat, magnisq; ditatum muneribus dimisit à se, Senatum populorum, et commensans Romanum. hæc ipse; sed pro istis manibus esse, quæ superius dicta sunt, manifestant. Accessit nova commotionis causa Theodorico in Odoacrem expeditionis parandæ, nempe invidia ex rebus posteris gestis aduersus Rugos, ab ipso hoc anno deuctos; cû Regis filius, captiuo ducto periret; ad eundem Theodoricum cõgugit. At hæc quomodo se habuerint, enarremus.*

Factum ite quidem hoc anno Cassiodorus paucis re- *fert. Ille Consulibus (inquit) Odoacer Phabâ Rege Rugorum vrbis capios, fortius est, hæc ipse. Potrò hæc ante quinquennium esse prædictâ sancto Seuerino, Eugippius fidelis testis enarrat, nosque suo loco superius diximus. Ac quæ idem auctor de his dicat, audiamus: post enim recentis sacilegia à filio Regis admittit, quibus Dei iram acceleravit, ista mox subdit: *Quapropter Rex Odoacer Rugis intulit bellum, quibus deuctis, & Friderico fugato, patrem eius Edibum, eundem & Phabam dictum, captiuum duxit, atque ad Italiam cum noxia coniuge supra memoratâ, videlicet Gosa, transfudit. hæc Eugippius. Quæ autem his subdit de misio iterum ab Odoacro germano suo aduersus Fridericum, qui fugâ lapsus se contulerat ad Theodoricum Gothorum Regem in Mœsia agentem, atque iterum reuersus paternum repetit regnum, dicemus anno sequenti, quo contingere; itemque de translatione sacrarum reliquiarum S. Seuerini in Italiam, cuius prædicatione & sprètâ admonitione ad Regem & coniugem factâ, ista omnia contigisse diximus: ut perspicue apparuerit, quanto & vitæ & regni dispendio principes non audiant sacerdotès salubria ingerentes, & quam grauiori supplicio se reddant obnoxios, qui in eisdem delinquant. Etenim quod ad Rugorum Regis statum pertinet, tanto contempto monitore, serò didicit, frustra iuncti militum viribus, qui destituitur diuino præsidio, violentiusque insurgere solere in auctores suos admittis peccata quam aduersariorum exercitus, qui iustitiz obice sæpè languescit, sed in vindictam delinquentium iniuncti reddantur.**

IESV CHRISTI

Annus 488.

FELICIS PAP. ZENONIS IMP. 15. Annus 6. ODOACR. REG. 13.

QUI sequitur annus quadringentesimus octogesimo octauus, duobus Consulibus Dinamio atque, Siplidio adnotatur: quo & finem viuendi fecit Acacius Constantinopolitanus Episcopus in anathemate perseuerans, cû sedis annis (ut Nicephorus habet in Chronico) decem & septem, atque mensibus nouem: cuius nomen licet à successoribus cum Catholicis in Ecclesia recitaretur, contradicentibus Romanis Pontificibus, ex Diptychis tandem ignominiosè abolitum est, id fortiter agente Hormisda Papa ad Iustinianum Imperatorem, ut suo loco dicitur. Tanti fuit hic factus & arrogantia, ut

fineret

fineret suas ipsius imagines adhuc viventes quod de nullo ante eum Episcopo legitur in Ecclesijs dedicari: qui enim ei assentabantur, ipsius effigies in Ecclesijs pingere vel affigere consueverunt: de quibus ista Suidas habet: Cum omnes Ecclesijs in sua potestate haberet, sollicitam curam impendit hijs, qui prestant: quorum sagaciores eius imagines in templis consecraverunt. Cum igitur videret omnibus in Ecclesijs imagines offerentur: opinari quidam sunt, eum ex ambrosio, dedicationem illam imperasse. Confirmabat pictura templi iuxta navale, & calculus musico opere elaborata. Cuius enim totum opus sub Genadio fuisse perfectum, in insigne templi loco eum asserunt. Inter hoc, & Acacio: Post re hunc excubito. quod scilicet post Genadium fuisse Acacium creatum Constantinopolitanus Episcopus. Ob talem igitur imagines Acacium, quamvis benignum & officiosum, opinione infane cupiditate glorie est consecutus, ita Suidas de Acacio. Sed cum eius nomen de sacris tabulis, hae decernentibus Romanis Pontificis, sublatum est, vitique & eiusmodi imagines ab Ecclesijs oportuit fuisse deletas.

II. Acacio igitur in hunc modum ex hac vita subducto, in locum eius Flautas, quem & Flavianum alij appellant, malis artibus subrogatus est; de quo ista Nicephorus: Post Acacium Flautas Constantinopolitanus suscipit Episcopatum, vir qui quidem presbyter esse visus sit, sed usque adeo ad audaciam & improbitatem summam pervenit, ut id, quod futurum sibi facinus, satis qualis fuerit, inducere possit. Zeno Imperator chartam puram in sacro ponit altari, atque in charta alia scripturam Deo supplicavit, ut per Angeli manum, que in hominum conspectum non veniret, nomen eius adscriberet, quem caelestis calculus Constantinopolitana Ecclesia Hierarcham prescriptum vellet: Atq; ob eam rem quadragesima dierum ieiunium induxit; & Deum orare, ut quibus placuit esset, ostenderet, inquit. Hac vbi Flautas cognovit, auro multo templi custodem, qui idem princeps Imperialium cubiculariorum erat, corripit, ut in charta pura nomen eius adnotaret, eamq; rursus Imperatoris sigillo obsignaret. Hoc vbi factum est, & vobis constitutum ieiunij tempus praterijt, sigillo & charta sublato, deperit Flautas ingenti gloria, perinde atq; a Deo designatum esset, affluens, corruptus est; & magnifico saltu in Patriarcha thronum ascendit.

III. Verum enimvero piaculum id omnipotens providentia non duxit latere posse, illusionem eam, scilicet eamq; actionem quamprimum in apertum duxit. In seculum enim ille, cum non totos quatuor menses in sede ea transisset, morte percutit ex hominibus sublatus est; cum ne dimittam quidem partem maneris eius, quo Episcopatum dignitatem redemerat, corrutare poterit. Argentarij hereditas eius insisteret, & pecuniam nuper admodum mutuo datam exigere. Atq; illi, qui solvendo non essent, Zenonem adire, ut ab acerbis illis creditoribus liberaret, supplicarent, & rem ipsam secreti ei ipsi, qui de illa inquireret, indicarent. Zeno autem, re audita, obstitit. Et postquam non Christum, sed Chrysim, vocavit, aurum potius Flautas nomen in libello illo adscripsisse cognovit, iudicium re vera & iustitiam iuxta Psalmum fecit, atque eunuchum quidem, qui sibi divinum existimationem & gloriam arrogasset, tollit, pecuniam autem creditam ex substantia eius dissolutis argentarijs iussit. Ipsam vero Ecclesiam Episcopu permisit, ut illi suffragij sui, quem idoneum esse procuratori ei indicarent, eligerent. hanc ipse sed de successore Flautas agendum anno sequenti. Porro nec inter Catholicos fuit adnumerandus Flautas, vt per hareticorum communionem pollutus in sistent enim vestigijs praedecessoris Acacij, eius admen inter sacra recitari fecit, quem sciebat a Catholica communione esse de sanctum extortem, vt Gelasij Papae litterae indicant, de quibus suo loco dicendum: quin etiam vt restatur Euagnus *) idem est repectus hostis Concilij Chalcedonensis.

IV. Sed cum talis esset, nihilominus affectavit dici Catholicus ob ineundam communionem cum Romano Pontifice, expetens quasi Catholicus a Felice Papa communionem, ex qua sciret magna infamia Acacium excidisse. De eo autem ista in primis Liberatus Diaconus habet: In huiusmodi Ecclesia constituta, moritur Acacius, & ordinatur post eum Flavianus *) presbyter, qui fuit a sancta Thecla; qui non constituit sine Romano Pontifice in thronum, sed transmisit Synodi-

cam Papa Romano Felici. Qui medico vivens tempore, moritur, non accipiens episcopatum suum. hae Liberatus, Vides hareticum hominem, & in ouile ouium ingressam aliuunde, quam per ostium ut latronem & furem; quo tamen suffragari aequo possit Catholicum nomen, sedere renuisse, donec accipere Romano Pontifice litteras communicatorias. Sed quid insuper fraudulenter homo?

In gratiam Zenonis Imperatoris litteras etiam dedit ad eius amicos hareticos Episcopos, vt de eo Nicephorus ita testatur: Cum Flautas adhuc thronum obtineret, Synodales ad Petrum Alexandrinum epistolas dedit, & eiusdem generis litteras ab eodem accepit, in quibus eadem de Chalcedonensibus Actis, anathematizati ea subiugent scripti & paulo post: Apposuissem (inquit) & Petri & Flautas litteras, nisi sine prolati auctoritate exterruisset. Et Flautas ad Felicem scribens, se illius communionis esse. Petri autem communionem auerari significauerat. Idem ad Petrum litteras dedit, vt ad communionem se illius recipere, Felicem autem recipere infirmum. Quas litteras vbi Felix Papa a petri, qui vbi istam ad se perlatas accepit, legatos Flautas eum contumelia Romae expulit. hae de Flautas atque Felice & Nicephorus: quibus plane vitatus hareticorum pro detegitur, nihil sincere agere, sed miscere omnia subdole, temporibus atque personis pro vitae praesentis commodis insistentibus.

At quis negare potuisset, rem tantam non serio agere Proterum istum, cum tanti se facere communicacionem Romano Pontificis praese tulerit, vt abique eius consentu noluerit in throno sedere, legationem que miserit honorificam, dignam proculdubio Romano Pontifice, & litteras dedit cum professione Catholica fidei: tales namque oportuit illas fuisse, quibus se detestari communicationem Petri Alexandrini significaret: Quis, inquam, talia ac tanta videns, recipiendum esset ad communicationem Flautam negaret? At tamen prudenter distulit Felix, & quid tempus pareret, prouide expectauit, probe sciens, quod factum est, haud diutius permansurum. Sed opportune, Deo vidente, factum est, vt Alexandria cum litteris Flautas ad Petrum datis Romam nuncijs aduenirent, ex quibus totius fabula patefactum est argumentum: Vnde accidit, vt in praesentes haretici hominis legatos, quos vitique ex auctore, qui miserat, tales & ipsos esse exillimauit, iure Pontifex commotus fuerit, vt in fraudulentos & impostores homines, qui circumuenire atq; decipere sedem Apostolicam aduenissent. At de his modo satis.

Hoc item anno, qui notatur post Consulatum M. Sol. Seuerini Boetij, Felix Papa ad S. Caesarium Archiepiscopum Episcopum has litteras dedit de non ordinando in sacerdotem quemquam ex laicis:

Dilectissimo fratri Caesario Felici

Legi, quod inter fraternitatem vestram esse constitutum, non licere ex laica conuersatione ad officium sacerdotale ante probationem temere promoueri, de qua re etiam a te ad nos peruenit opinio, aliquos post ordinacionem ad seculari vite mores fuisse transgressos. Et licet sit talis nefanda presumpcio plus tamen est per se sola neglectio. Qui enim potest venienti malo resistere, & hoc dissimulans fieri permittit, ipse magis malus auctor operis approbatur. Democritus a quo per antiquam consuetudinem speret exurere: quia quae illic inchoata sunt, si dammentur, in posterum sui fructu generare non possunt: na quod gradibus eruditur sine perfectione doctrina ad suum perueniat constitutum, errat per examinationem: quia non recipit similitudinem, nec honorem, qui per timorem potest seruare, qui in eius gloriam semel laborare peruenit. Et laus inanis cui tribuitur, ledit, ad elationem nutritis magis, quam prolocans ad operam vite virtutum. Vnde electionis ad suum discipulum Timotheum scribit, dicens: Neminis manu inuoluisti, ne communicatoris peccatu alienus. Quid sibi vult: Ne cibus imponas manus? Quae dignitas, quae datur, ille datur, vt dicit immobilis: debet enim, antequam concedatur, longa sub deliberatione tradari. Vnde magister, qui elementorum ignorat mittit? Vnde gubernator, qui inter nauas sua seruitia non monstrauit? Ignorat, quem ratio magister debet, qui ad obedientiam sua corda non flexit. Vnde quem admodum in domo Dei conuersari debeat, postquam sit in exemplum, sit in omnibus clericis; & in his maxime, qui sunt ad haec eruditissimi, deligendi, Apostolica moni-

Ioan. 16

Nicoph. lib. 6. c. 19

DETECTA IMPOSTURA FLAUTAS

Psalm. 118

Gelasij comminatio ad Faust. c. 23. cap. 23.

FLAVIUS HIERONYMUS VULGARI DICI CATHOLICUS

Liberatus Diaconus

Flautas

Nicoph. lib. 6. c. 19

VI. SUSPECTA HARETICORVM PONTIFICATIONE.

VII.

1. Tim.

1. Tim. 3.

Non eloquium, qui ait. Oportet & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt. Quapropter communi consensu sub observatione venerabilium canonum ordinandum eligite sacerdotem, ut & de nostra simus salute solliciti, & illorum utilitatibus consulamus, qui fuerint ad hunc ordinem diligenter adsciti. Domipus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. 11. Non. Febr. P. C. M. Sen. Boetij V. C.

VIII.

THEODORICUS ADVERSUS ERYLICOS.

Sub huius quoque anni Consulibus apparatus atque procinctum Theodorici Amali Regis Gothorum ad inuadendam Italiam Marcellinus recenset; ipsius autem ingressum in Italiam atque progressum refert sub sequentis anni Consulibus, sicuti etiam Cassiodorus; quos in his sequemur, res gestas proprijs temporibus aptantes. Bei planè consilio & etum est, ut Ariani qui diuersarum nationum principatu suo Orbem iam cinxisse viderentur Occidentalem, peruassuri quoque Orientem, si vnanimes inter se fuissent, aduersus se iniunctis artibus conuerterent, armarenturque Gothi in Erylos & alios illis inhaerentes populos Arianos. Incessit planè animum Theodorici Regis inuidia, quòd ipse cum suis velut extorris incertis sedibus vagaretur, Ercilia autem vix ante cogniti populi vniuersam Italiam iam annos plurimos detinerent, quam Gothi primi omnium bellis robore superassent, adeò ut non tam aliena, quam sua sibi Theodoricus repetere videretur. Accendebatur emulatione insuper eius animes, cum sciret suæ gentis Alaricum Regem nobilissimum Galliarum prouinciam occupasse, illicque iam vagandi finem imponentem, honorificam fixisse sedem. His igitur bellicosis animi ipse iuuenis stimulis agitatus, ad inuadendam totis viribus Italiam vires vndique sibi comparat. Quibus euentem progressibus rem perfecit, annis singulis apparebit.

IX.

FRIDERICUS ADVERSUS ODOACR. VINCI.

Hoc item anno, qui sequens est à Eade Rugorum per Erylos facta: cum eorum Rex atque Regina in Italiam captiui ducti sunt; Fridericus Regis filius, qui in Mosiam ad Theodoricum Gothorum Regem fugerat, viribus polens in paternum regnum veniens, illud præsidio destitutum inuadens tenuit: Cuius rei gratia Rex Erylorum Odoacer, comparato rursus exercitu, ad eundem debellandum germanum suum mittit, ut eum obtineat, gēte mōque illam ab eiusdem tyranside liberatam in Italia transferat. Quod cum feliciter impleteretur, ex eo factum, ut etiam venerandum corpus sancti Seuerini ante annos sex defuncti, eius discipuli memores id ab eo viuentem iustum, sustulerint, atque religiosi pietatis officio in Italiam translulerint. Sed quomodo cuncta hæc acciderint, Eugippius in rebus gestis eiusdem sancti Seuerini narrat his verbis:

CX.

FRIDERICUS ET SOPHETI IN ITALIAM TRANSFERUNT.

Post audiens idem Odoacer Fridericum ad propria reuertisse, statim fratrem suum misit cum multis exercitibus Ononophis: Ante quem denno fugiens Fridericus, ad Teudericum Regem, qui tunc apud Nouam ciuitatem prouincia Massia morabatur, profectus est. Ononophis verò præcepto fratris aduonitus, vniuersos iussit ad Italiam migrare Romanos. Tunc omnes incole, tamquam de domo seruati in Aegypto, ita de quotidiana barbarica frequentissima depredatione educti, sancti Seuerini oracula cognouerunt. nempe omnes fore transferendos in Italiam accolae regionis illius.

XI.

Quod autem ad Fridericum spebat: postea accidisse videtur, ut ipse rursus pugnans aduersus Erylos, eosdem superaret, sed viceretur postmodum ipse à Theodorico Italiae iam facto Rege. Id quidem ex verbis Ennodij Ticinensis in Panegyrico Theodorico dicto intelligi facis potest, cum sic ait: Nam Fridericus postquam tibi de aduersarijs tuis peregit triumphum, desepit. pugnasse enim visus est aduersus Odoacrem sub ipso Theodorico in Italia, eumque vicisse, rebellans verò ipse postea ab eodem Theodorico est superatus. Sed ad S. Seuerini translationem reuocemus orationem. Quomodo verè discipuli sancti Seuerini exhumatum venerandum eius corpus translulerint, idem Eugippius ita docet, cum ista mox subdit:

XII.

Cuius præcepti non immerito venerabilis noster presbyter tunc

Lucillus, dum vniuersi per Comitum Pierium compellerentur extra præmissa cum monachis vespere psalmodiâ, sepultus in locum imperat aperiri. Quo percussio, tanta iuauitate & gratia omnes non circumstantes accepit, ut pra nimio gaudio atq; admiratione profunderentur in terram. Deinde humaniter estimantes ossa fuerint inuenerunt defuncti (nam annus sextus depositionis eius effluerat) integram corporis compaginem reperimus: ob quod miraculum vniuersi gratias retulimus omnium conditori, quia cadaver sancti, in quo nulla aromata fuerant, nulla manus accesserat conditori, cum herba pariter & capillis vsq; ad illud tempus mansisset illesum. Inuiceminibus igitur immutatis, in loculo multo ante iam tempore preparato signis includitur, carpento, trahentibus equis, impositum in excavatam, cunctis nobiscum prouincialibus idem iter agentibus: qui oppidis super ripam Danubij derelictis, per diuersas Italiae regiones, varias sua peregrinationis sortiti sunt sedes. Sancti itaq; corporis scilicet ad castellum nomine Feletbem emensis regionibus appertatum est.

Per idem tempus multi varijs occupati languoribus, & nonnulli à spiritibus immundis oppressi medelam diuinae gratiae sine vlla morâ senserunt. Tunc & matris quidam ad id castellum suorum visitatione perductus est, qui dum in oratorio quo sancti vtri corporis scilicet super carrum adhuc positum permanebat, alacer peruenisset, ac sub eo clausi oris sui ostium in dardis cubiculo supplicaret, illic lingua sua in oratione solita laudem dixit Altissimo. Cumq; reuersus ad hospitium, quo suscipi consueverat, interrogatus fuisset ex more naturæ nobis, pulsatus, & orasse, & laudem se Deo obtulisse, clarè vocem respondit. Quo loquente, pariter facti, qui eum noverant, ad oratorium cum clamore currentes, sancto Lucillo presbytero simulq; nobis, qui cum illo eramus, ignorantibus quod euenerat inderant. Tunc omnes exultantes in gaudio diuinae gratiae clementia gratiarum retulimus actionem. Quod verò quæ his subdit Eugippius de translatione facta in Neapoli, dicat contigisse sub Gelasio Papa: planè non nisi post annos quatuor sacras S. Seuerini reliquias illuc translatas esse, astringere necesse est, agemus de ea suo tempore.

Magna quidem Dei prouidentia factum apparet, ut in summa Occidentalis orbis obscuritate, Arianis vbiq; regnantibus, densaque errorum calligine ventrem obnubilantibus; tanta locis radij eruperint cunctis mixculorum virtute perspicue: ut audiretur ab omnibus, loquente muto, immò & defuncto virtutis voce clamante, illum esse Deum verum, quem Seuerinus coluisset, cuius ostensionem tanta posse præstare, idem Dominus concessisset: Ac profunde palam factum cunctis mortalibus, eâ fide, si idem que ritibus & sacrificijs Deum esse colendam, quibus idem vir sanctissimus sibi diuinum sibi numerum conciliauerat. Cui micantijulgori si filij tenebrarum oculos aperire voluissent, reletam, per quam incederent, viam euidentissimè perspexissent.

At verò non simul cum Seuerino præclare eius virtutes extinctæ sunt; nam & illa eum Deus auxit benedictione, ut locupletem sanctorum eorum hereditatem veluti testamentum relictam transferret in discipulos; quos egregie enituisse sanctitate, non solum quæ vnus ex illis Eugippius scribit, ostendunt, sed & Ennodius Ticinensis huius temporis scriptor celeberrimus docet. Scripsit enim iste Viram sancti Antonij eiusdem S. Seuerini discipuli. Faerat hic nepos æque sanctissimi viri Constantij Laurentis Episcopi; cuius meminit pariter Eugippius in Vita ipsius S. Seuerini. Quomodo autem idem Antonius post obitum Seuerini è patria exire coactus, pluribus annis vnâ cum discipulis, quos collegit, vitam exerceuit eremiticam, in qua miracula respelndunt sanctitate dono prophetiæ clarus atque miraculis: ac quomodo fugiens humanas laudes, deum inde recesserit, atque vbi alix plures elucetent accensæ lucernæ, ne solus ipse verè lucerna ardens & lucens inuentum patere aspectui, in Lerinense monasterium se contulerit, & sancto ibi sine quieuerit, idem Ennodius pluribus narrat. Afferuari hæcenus clarum miraculis eius venerandum corpus in Ecclesia eiusdem cenobij Lerinensis, accepimus; solemniq; ritu annis singulis eius diem natalem à monachis S. Benedicti illic agentibus peragi, certa relatione comperimus. Sed de his modò latius.

